



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilman**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

36. Exemplum memorabile de eodem Euergislo Episcopo Colon.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

456 COLLATION. SACRAR.  
stor dignis gubernaculis rexit, cuius vitam  
multis claruisse virtutibus, gestorum eius scri-  
pta commemorant. Huius sedis antistes no-  
bis cognitorum tertius S. Seuerini Confesso-  
ris Christi successor, nomine Euergilius, qua-  
dam die dum capit is dolore nimium crucia-  
tus, ad memoriam beatorum martyrum Ge-  
reonis & sociorum eius oratum accederet, &  
adhuc sancti illius thesauri iudicium, saffi-  
gium nullū excelleret, versiculum in laudem  
sanctorum dici solitum, Exsultabunt sancti in  
gloria, ingrediens Ecclesiam inchoauit: cui  
protinus ex illo venerabili sanctorum adyto  
responsum est, Lætabuntur in cubilibus suis.  
Quod cùm Pontifex stupefactus audiret, lau-  
dem Deo repente cum omnibus, qui aderant  
conclamauit: & appropians, de loci ipsius pul-  
uere capiti suo salutare remedium apposuit,  
& consignato cum summa reverentia loco,  
recessit.

De eodem Euergilio Episcopo Coloniensi ex Gregorio  
Turonensi. li 1. De gloria martyrum cap. 62: quo ex  
loco patet antiquitas basilice d. Geronii Colonien-

CAP. XXXVI.

EST apud Agrippinensem urbē basilica,  
in qua dicūtur quinquaginta viri ex illa  
legione sacra Thebaeorum pro Christi nomi-  
ne martyrium consummati. Et quia admira-  
bili opere ex musino quodam modo deau-  
gata resplendet, Sanctos auricos ipsam basili-  
cam

R.  
vitam  
is scri-  
es no-  
fesso-  
, qua-  
ructia-  
m Ge-  
ret, &  
sasti-  
audem  
ncti in  
it: cui  
us adyo-  
us fuis-  
et, lau-  
derant  
us pul-  
poluit,  
a loco,  
  
Gregorio  
z quo ex-  
colonien.  
  
basilica,  
ri ex illa  
ti nomi-  
a admis-  
lo deau-  
n basili-  
cam

LIBER IIII.

457

cam incolæ vocitare consueverunt. Quodam autem tempore Euergilli Episcopi, qui tunc huius urbis erat antistes, capitis medietas, validis doloribus quatiebatur (erat autem tunc temporis in villa oppido proxima) quo dolore, ut diximus valde attenuatus, misit diaconem suum ad sanctorum basilicam. Et quia in ipsis templi medio puteus esse dicitur, in quo sancti post martyrium pariter sunt conieeti, collectum exinde puluerem, detulit sacerdoti: Verum vbi exinde caput attigit, exemplo dolor omnis exemptus est. Hæc ille, Porro huius operis Musini, quo basilica D. Georgonis aliquando exornata resplenduit, reliquæ & fragmenta conspiciuntur in crypta eiusdem basilicæ in pavimento sacelli D. Ioannis Evangelistæ, itemq; è regione in sacello D. Martini, & iuxta summum eiusdem cryptæ altare in pavimento. Numerus vero martyrum Thebaeorum in eadem basilica requiescentium creditur esse 318. Præterea SS. Maurorum 360. sicuti habet inscriptio basilicæ, & cantica Ecclesiastica dioecesis Colonien.

Thomas à Cantiprato in libro Apum, & repertur in libro perpetufo M. S. quens venerabilis prior Cartusie Coloniensis nobis communicavit. De S. Vrsula & sodalibus eius quæ benignè suffragentur illis in morte, qui viventes ipsas pio honore & cultu prosequuntur,

CAP.